



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

39. Creditæ Nobis, &c. Quâ cujusvis Status, Ordinis, & conditionis personis
in Alma Urbe, ac reliquo Statu Ecclesiastico prohibetur Ludus, vulgò Lotto
di Genova, di Napoli, e di Milano, aliove nomine ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

A N N O
1727.

confuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam dicto ordini, ejusque superioribus, & quibusve aliis personis, & locis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliquis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ex formâ in illis traditâ observatâ exprimerentur, ac infererentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dæmetaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo pectoris die XXX. Julii MDCCXXVII. Pontificatus nostri anno quarto.

Locus + Sigilli.

Card. Oliverius.

Præsens Copia de verbo ad verbum cum Originali suo concordat: in cuius fidem, Ego infra scriptum me subscribo, Gondrecuri 28. Octobris 1728.

F. Berardus Henrion Recollectorum Lotharingiæ Minister Provincialis.

XXXIX.

Quæ cujusvis Status, Ordinis, & conditionis personis in Alma Urbe, ac reliquo Stato Ecclesiastico prohibetur Ludus, vulgo *Lotto* di Genova, di Napoli, e di Milano, alio nomine nuncupatus, sub Censuris Ecclesiasticis Sanctitati sua, & Successoribus suis reservatis; salvis, ac firmis remanentibus, omnibus temporalibus, aliquique penis adversus ejusmodi Ludo ludentes hæcenus indictis.

B E N E D I C T U S PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Creditæ Nobis divinitus Apostolicae servitutis ratio postulat, ut si quos in temporali nostra, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ditione abusus pullulare, atque invalescere agnoscimus, eos opportunæ sanctionis sarculo recidere, atque è medio tollere studeamus, sicut Reipublicæ expedire in Domino arbitramur. Alias siquidem Nos felicis recordationis Innocentii XI. Innocentii XII. ac Clementis etiam XI. Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, justissimisque, ac gravissimis de causis animum nostrum moventibus adduci, Ludum, qui vulgariter dicitur, *Lotto* di Genova, di Napoli, e di Milano, sive alterius cujusvis civitatis, aut loci, omnibus, & singulis in Alma Urbe nostra, ac reliquo Stato Ecclesiastico nobis mediatis, vel immediatis subiecto tunc, & pro tempore existentibus, cujuscunque gradus, & conditionis forent, per Edictum die VII. Sept. MDCCXXV. iussu nostro promulgatum sub variis penis temporalibus in eo contentis, & expressis, districte prohibuimus, ac omnino interdiximus.

Ludus alias
à SS. Domi-
no nostro
prohibitus
sub variis
penis.

Subinde vero Regularibus tam Viris, quam Mulieribus ejusmodi Ludo quomodolibet ludentibus vocis activæ, & passivæ privationem eo ipso incurriendam adjecimus: ac demum alio posteriori Edicto personis Ecclesiasticis tum Secularibus, cum Regularibus in Sacris ordinibus constitutis, præter, & ultra memoratas penas, suspensionem à Divinis, quæ autem in Sacris Ordinibus hujusmodi constitutæ non essent, excommunicationem in subdium comminari curavimus, nec alia pretermisimus, quibus firmam, constantemque mentem, ac voluntatem nostram eundem Ludum ex universa nostra, & Sanctæ Romanae Ecclesiæ Ditione citra Montes proscribendi, atque radicitus evelendi, omnibus palam, certamque, & manifestam faceremus.

Cum autem, sicut non sine intimo animi nostri dolore accepimus, multi adhuc repenterunt non minus ex Laicis, quam Ecclesiasticis Secularibus, & utriusque sexus Regularibus prædictis, qui cæcæ, & vanâ luci cupiditate ducti, debite nobis, mandatibus nostris obedientiæ plane immemores, nec penas contra ejusmodi ludentes ab eisdem Prædecessoribus indictas, ac per Nos innovatas, auferas, & extensis reformatantes, enarrato Ludo ludere, nonnullique etiam (quod deterius, & gravius est) Receptorum, & Collectorum, ut vocant, ejusdem ludi officio perfungi cum incredibili ludentium, eorumque familiarium, ac præcipue pauperum detimento, & jactura damnabili ausu pergunt. Nos pro paterna, quam de nostris, & Apostolicae Sedi in temporalibus subditis gerimus cura, eorum utilitati, ac indemnitat, quantum cum Domino possumus, jugi vigilantiæ intendentes, publicam, privatamque permiciem, quæ ex prædicto ludo provenire dignoscitur, ab eis avertere, simulquantam apertam hujusmodi inobedientium temeritatem, contumaciam, ac impudentiam juxta canonicas sanctiones. Apostolici zeli vigore, gravibus penis tandem retundere, ac cohíbere decrevimus.

Itaque motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, omnibus, & singulis Ecclesiasticis in Sacris Ordinibus prædictis constitutis, ac in Urbe, & Ditione præfatis, nunc, & pro tempore existentibus, Secularibus, & Regularibus cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, Militiae, & instituti tam mendicantium, quam non mendicantium, etiam Societatis Jesu, & eorum cuilibet, licet talis esset, de quo specifica, & individua mentio facienda foret, qui impostorum prædicto ludo, quem vulgo appellant *Lotto* di Genova, di Napoli, e di Milano, sive alio quovis loco fiat, vel quocumque altero nomine nuncupatur, etiam semel per se immediate, vel per alios tam in urbe, quam in reliquo Stato nostro Ecclesiastico, sive etiam extra illum consistentes, directe, vel indirecte, tam nomine proprio, quam alieno, ac tam pro se, quam per Nuntios, Epistolas, & leggas, seu alias quovis modo, & qualitercumque ludere præsumperint, vel ludum pro se, eorumque nomine ab exteris factum, ratum habuerint, penam suspensionis à Divinis ipso facto incurriendam tenore præsentium indicimus, ac infligimus.

Ceteris vero personis Ecclesiasticis Secularibus, vel Regularibus hujusmodi in Sacris Ordinibus minime constitutis, Monialibus quoque, & quibusvis aliis puellis, seu mulieribus in Monasteriis, Conservatoriis, seu aliis locis Pii degentibus, ac tandem quibuscumque Laicis utriusque sexus in urbe, & Ditione præfatis, nunc similiter, & pro tempore degentibus cujuscumque condi-

tionis,

ANNO
1727.
Privatio re-
cis activæ &
passivæ que
ad Regula-
res inde-
cuncta

Sollicitus à
Divinis pro
Personis pro-
ficiens con-
stitutis.

Qnoad Ec-
clesiasticos
in Sacris
non consti-
tutis ex-
communicatio
in sub-
dium.

Motiva co-
stitutionis.

Contra
quocumque
Ecclesiasti-
cos in Sacri
constitutes
prædicto lu-
dentes in
ponitur
pena
suspensionis
à Divinis
ipso facto
incurrentia.

Ceteris qui
buscumque
similiter lu-
dentes
poena Ex-
communica-
tionis fa-
tetur.

A N N O
1727.

Contra Receptores, & Collectores eisque auxiliū præstantes imponitur pœna excommunicationis ipso facto incurrente.

Eadem pœna excommunicationis ipso facto incurrente statuitur contra Ratiocinatores, Scriptores, Mercatores, alioisque pro ludo operam suam præstantes.

Nec non contra scribentes, aut imprimentes Schedulas vulgo *Lige del Gioco*, eaque sibi transmitti curantes, aut aliis exhibentes, aut retinentes ad effectum ludendi, ceterosque, qui quocunque modo operam ludo præbuerint.

Injungitur Cardinali pro tempore Vicario urbis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ordinariis Status Ecclesiastici, quod contra delinquentes diligenter inquirant.

Et procedant ad tentiam, & respective ad declarationem censorum in curarum cum affixione cedula.

Potestas absolvendi summo Pontifici refervara, sublata etiam facultate Majori Pœnitentiariorum.

Insuper in novantur

tionis, & dignitatis fuerint, nulla excepta, qua præfato Ludo, sicut præmititur, seu alias quomodolibet ludere ause fuerint excommunicatio- nis pœnam statuimus, atque imponimus.

Quia verò Receptores, & Collectores prædicti vulgariter *Prenditori*, & *Collectori*, eundem Ludum non sine gravissimo scandalo in subditorum nostrorum exitium fovere, alere, & quantum in ipsis est promovere, & augere contra Apostolica mandata hujusmodi longè magis detestabili ausu admittuntur; Receptores, & Collectores Ludii hujusmodi, eisve auxilium, & favorem hac in re cetero præstantes, excommunicationis pœna etiam ipso facto incurrenda harum serie innodamus, & percellimus.

Declarantes Receptorum, & Collectorum prædictorum nomine venire, ac sub hac pœna comprehendи quoslibet eorum Ratiocinatores, Scriptores, Amanuenses, Exactores, ac etiam Mercatores, & Numularios scienter pecunias pro dicto Ludo solventes, vel mitentes, quique Apochas, seu Syngraphas, Italice *Pagherò*, vel alia quavis appellatione denominatas distribuerint, seu distribuere fecerint, prout etiam qui alio, seu aliis Epistolas ad Ludum spectantes scripserint, aut transmiserint.

Eidem quoque excommunicationis latae Sententiae pœnae subjicimus illos, qui notulas, seu Elenchos nomina, ac numeros extractionis continentis vulgo *Lige* in Urbe, & Ditione prædictis Typis ediderint, vel manu scripserint, seu libellet impresas, five manu exaratas retinebant, sibique mitti curaverint, vel sibi transmissas aliis pro hoc Ludo exercendo quoquo modo exhibuerint, ceterosque omnes, qui quacunque alia ratione, via, & modo operam Ludo hujusmodi præbuerint, vel accommodaverint.

Quocirca dilectum filium nostrum in eadem Urbe, ejusque distritu Vicarium in Spiritualibus generalem, ac Venerabiles fratres Archiepiscopos, & Episcopos, nec non dilectos filios locorum Ordinarios universi Status Nostri Ecclesiastici, nunc itidem, ac pro tempore existentes paternè in Domino requiri mus, monemus, &hortamur, illisque, ac eorum singulis serio, ac distritius injungimus, & mandamus, quatenus ipse Vicarius in Urbe & distritu præfatis, alii verò in locis eorum respectivè jurisdictioni subjectis omni cura, & studio adeo perniciose, & exitialis Ludi extirpationi advigilent, præmissorumque à Nobis disponentum omnimodè obseruantia, & exæcta executioni impensis incumbant, & si quos, quod absit, in præmissis delinquentes deprehenderint, adverlus illos prout de jure procedant ad declarationem super eorum incurso in Censuris ipso facto, sicut præmititur, inflatae & respective ad Sententiam excommunicationis communiatæ, cum ejusdem promulgatione, & affixione publicarum Schedularum, quibus excommunicati nominatim ab omnibus vitandi denuncientur.

A censuris autem, & excommunicatione præfatis nemo prædicatorum per alium quam Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, (præterquam in mortis articulo constitutus) absolutionis beneficium valeat obtinere, sublata quavis etiam Majori Pœnitentiariorum nostro, & aliis quibuscumque eos absolvendi potestate nisi speciale ad id à nobis, seu Romano Pontifice præfato facultatem obtinuerint.

Cæterum transgressores, & in præmissis delinquentes nihilominus omnibus pœnis temporalibus contentis in Edictis, & Ordinationibus de mandato nostro, ac utriusque Innocenti & Clementis Prædecessorum præfatorum, seu alias aduersus eos quandocumque emanatis, necnon di-

clos Regulares privationi vocis activæ, & passi- vae, ut præfertur, interrogatae subjacere volumus, ac decernimus.

Mandantes propterea dilectis filiis Provincia- rum Legatis, Vicelegatis, Praefidibus, dictæ Ur- bis Gubernatori, aliarumque Civitatum, & Locorum Ditionis præfatae Gubernatoribus, & eorum loca tenentibus, aliisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut contra ejusmodi delinquentes diligenter inquirant, ac in eos omnibus pœnis prædictis animadvertant, & animadver- tarent, ut qui nec conscientiæ stimulis, nec debita Apostolicis mandatis obedientia continen- tur, hæc pœnas subeundo, admissæ culpæ gra- vitatem agnoscant, ceterosque à similibus per- petrandis deterrent.

Decernentes easdem presentes litteras, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quicunque in præmissis interessentur, seu habere quomodolibet prætenden- tes illis non consenserint, nec ad ea vocari, citati, & auditu fuerint, de subreptionis, & obreptionis, aut nullatus virtus, seu intentionis nostra, aut alio quovis, quantumvis substantiali defectu, vel ex quacumque alia causa, occasione colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clau- so notari, impugnari, invalidari, redargui, seu rescindi, aut ad terminos Juris reduci, aut adversus illa aperitionis oris restitutionis in integrum, vel aliud quocumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam motu proprio conceclo quæpiam in Judicio, vel extra il- lud uti, seu se juvare nullo unquam tempore posse.

Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cau- surum Palatii Apostolicæ Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debere, ac irri- sum, & inane, si fecis super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantur con- siderit attentari.

Non obstat, recolendæ memoriae Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris pariter nostri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, ita ut vigore præsentium etiam ultra duas, pluresque dictas quilibet in judicium trahi possit, ac in universali- bus, provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non urbis, Provin- ciarum, civitatum, locorum, ordinum, congrega- tionum, institutorum, societatum etiam Jesu, domorum, Monasteriorum, & Collegiorum quorumcumque, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis statutis, & consuetudinibus, etiam im- memorabilibus, privilegiis quoque indulitis, fa- cultatibus, & literis Apostolicis quibusvis ordi- nibus, congregationibus, institutis, & societati- bus etiam Jesu, eorumque superioribus, & perso- nis, & aliis quibuscumque etiam speciali nota dignis, & de necessitate juris, vel facti experimen- dis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis; ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitus clausulis, irritantibusque, & aliis de- cretis in genere, vel specie, etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illo- rum sufficienti derogatione de illis, eorumque to- totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas ge- nerales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita

A N N O
1727.

Poenæ alias impositæ.

Etiā privat- atio Vociis active, & passiva contra Regula- res.

S.R.E. Car- dinalibus Legatis in- jungitur ex- equitio pœ- natum contra Delin- quentes.

Idem præ- cipit Gu- bernatori urbis aliis- que Guber- natoribus, & Locat- enentibus sta- tus Ecclesiasti- ci, cate- risque, ad quos spectat.

Decretum super obsta- tivis.

Decretum irratis cum clausula sub- lata.

Decretum derogans.

Clausule deroga- toriae.

A N N O
1728.Mandatum
pro publica
præsentium
affixione.Et pro fide
transfumptis
a libenda.12. Augus.
1727.

X L.

forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia- liter, & expresse derogamus, & derogatum esse, & censi, illaque nemini suffragari volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem eisdem præsentis literæ ad omnium notitiam facilis devenant, volumus illas, seu carum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancelleriæ Apostolice, curiæque generalis in Monte Citorio, & in Aci Campi Flora de Urbe, ut moris est affigere & publicari; sicut publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illa concernunt perinde atcare, & afficere, ac si unicuique eorum nominari, & personaliter intimatae fuissent, ut que ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impresis, manu aliquius Notarius publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem proterus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibetur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Ang. MDCCXXVII. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

Die, mense, & Anno quibus supra sua dicta Constitutione affixa, & publicata sunt ad valvas curie Innocentiane ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Alarchetum Apol. Cur. Jacobus Vasellus Mag. Cur.

Motus proprius BENEDICTI XIII. super novis Ordinationibus, & Reformationibus factis per Tribunal Rev. Camerae Apostolice.

Cum sicut acceperimus, dilectum nostrum Cameræ Tribunal, quod, sive Jurisdictionis authoritate, & antiquitate, sive rerum gerendarum excellentia, sive virorum amplitudine, pluribus proinde Priviligiis, & prærogativis, à nostris Prædecessoribus condecoratorum, & inter continuos nostros veros familiares, in libris Cancelleriæ, descriptorum, ceteris, in nostra curia præstat, litium prolationibus, ac collitigantium in commodis, vitandi, æque, & celeriter administrandæ justitiae, sedulè, ut par est, incumbens, animadverterit, quod, non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, & reformationibus, per nostros Prædecessores, editis, ac statutis ejusdem Tribunalis, in forma specifica, confirmatis, signanter per fel. rec. Innocent. VIII. Eugen. IV. Leonem X. Pium IV. stylus, in Ordinatoreis, in eodem Tribunali, servandus, licet sanè, & salubriter institutus, malitia hominum, noxius evaserit, tam in causis, que, ab uno ex Clericis, quam in aliis, que, ab omnibus, collegialiter, deciduntur: Proptereaque dilecti Filii moderni, in eadem Camera, Præsidentes Clerici, juxta illud quod scriptum est, quod, propter temporum varietates, novas licer concide sanctiones, maturo, diligenter examine præmisso, nonnulla statuta, Capitula, & Ordinationes, considerit, perperduo, in Camera, valituras, quibus, pro majori subsistencia, nobis humiliter supplicarunt, ut Apostolicae authoritatis confirmationem adjicere dignaremur.

Nos itaque eorum supplicationibus inclinati, & ad sedulam, pro administratione justitiae, & Patrimonii Sedis Apostolicae curam, que per eos, assiduis laboribus impeditur, animum nostrum libenter intendentis: innovantes propterea, approbantes, & confirmantes omnia quæcumque, & singula indulta, Privilegia, Exemptiones, Concessiones, & gratias prædicto Tribunalis, & Cleri-

cis, in ea Præsidentibus, indulta, seu indultas, per nos, predictos, & omnes alios Prædecessores nostros, nec non per fel. rec. Calixtum III. & Xystum IV. quarum, & quorum omnium, ac singulorum, & singulorum, tenores, pro hic insertis, & expressis, de verbo ad verbum, habentes, ac exacta nostra scientia sic innovatas, & innovata, quatenus opus sit, omnino servari volumus, & mandamus: Statuta, Ordinationes & Capitula prefata, per nos visa, & diligenter inspecta, veluti laudabiliter, ad bonum publicum disposita, prout justitiae, ac æquitati confona, motu proprio, & ex simili certa nostra scientia, autoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & præsentis scripti patrocino, communimus, atque perpetuae firmitatis robur adjicimus. Tenor vero preditorum Capitulorum, & Ordinatio- num sequitur, & est talis.

A N N O
1728.

Primo: Ut in causis, quarum valor summam scutorum viginti quinque non excedat, & sic parva summa nuncupatis, fiat, per succumbentem, propositio, in prima, omnino, Camera habili, post emanatum Judicatum, cum expressione summae, & Judicatorum præcedentium, & Dominus Decanus non concedat supercessoriā, in dictis causis, nisi ad dictam primam Cameram habilem; Clericusque, juxta solitum, deputatus cognoscatur, primo loco, an recursus sit admittendus, in suspensivo, vel in devolutivo, & succumbenti non deatur recursus, nisi ad Dominum Decanum, juxta cuius Decretum, idem Clericus deputatus debeat, ad ulteriora, in Causa procedere, nec ab eodem Domino Decano concedatur ulterior supercessoria, nec possit fieri nova propositio in Camera, ac citationes impune possint sperni, reservato tantum Jure prosequendi causam, super meritis, coram eodem Clerico.

II. In causis autem infimæ summae, nempe quantitatē scutorum quinque non excedentibus, in quibus juxta stylum curiae, non datur recursus, is non admittatur, nisi in devolutivo.

III. Tempore autem Feriarum generalium, & particularium, ac vacationum, succumbens te- neatur instare, infra triduum, à die judicati, coram Domino Decano, quatenus, in triduo, non adit Camera habili, pro Deputatione Clerici, pro suo arbitrio, qui habeatur, ac si esset, juxta solitum, in plena Camera deputatus; Clerici vero deputati, in ipsis causis, procedant, in judicando, feriis quibuscumque non obstantibus.

IV. In omnibus causis, in quibus, ad sint constitutiones Apostolicae certam procedendi formam prescribentes, ut procedatur ad formam, & præscriptum earundem Constitutionum, rescribatur, cum clausula formæ, prout haec tenus prædicatum fuit quoad Judicata Thesaurarii, & Annaone Prefecti.

V. In omnibus vero prædictis causis, aliisque exequutivis, & ceteris, non admittentibus, de jure, appellationem, post admisum decretum Camere, teneatur succumbens, infra triduum, instare, coram Domino ponente, pro habenda supercessoria ad effectum adeundi Cameram, & illa expirata, procedi possit, ad exequutionem.

VI. In iisdem causis quando, prima vice, per interpositam appellationem, devolvuntur ad Cameram, occurrente inutilibus dilationibus, & pro minori partium dispendio, non sit opus citare coram Domino Ponente, pro concordatione dubii, super modò inhibendi, illudque transmittere Parti, sed, dato assueto dubio per Dominum Ponente, satis sit, absque alia transmissione - Digne- mini - transmittere Parti intimationem, super propositione cause, in ea Camera, quæ fuerit per Ponente, seu per Tribunal, pro propositione, assignata.

VII. Ita pariter ut in hisce causis exequutivis, ne dum inutiles, sed incongrue dilationes, remo- veantur.